



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XXI. Fulginanten, fideicommissi de Roncallis. De eadem materia consursis plurium graduum inæqualium, ut remotiores ex beneficio repræsentationis, vel subingressionis fiant proximioribus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

non autem hæredis vel ulterioris gravati persona attendi debet, ex ea clara ratione, quod verè non gravato sed testatori succeditur, ut bene advertitur apud *Celsum dicta dec. 33. num. 7.*

Unde propterea juxta ea, quæ habentur supra in *Vrbevetana Majoratus disc. 6.* cum aliis apud *Orthob. dicta decis. 91. num. 19.* si quis licet ab eodem testatore descendens, magis approximet gravato ultimo morienti per latus maternum, sit autem remotior, regulando parentelam ex persona testatoris, tunc dicta alia major proximitas ex diverso latere non curatur, ergo persona testatoris est illa, quæ attendi debet pro ejus voluntate regulanda, cum in effectu testatori non autem gravato fideicommissarius succedere dicatur; Licet quandoque ad effectum Bullæ Baronum, vel alios effectus ex ratione particulari, & tanquam per limitationem regulæ consideretur, ut gravato magis quàm testatori succedatur.

Aut demum agitur de dispositione facta per fratrem ad favorem fratrum superstitium vel ejus filiorum, ita ut sive spectetur persona gravantis sive gravati, juxta ordinem intestatæ successione iniret dicta differentia unicitalis vel duplicitalis vinculi, & tunc quamvis varietas inter scribentes esse videatur ex relatis per *Fusar. & Bellon. jun. ubi supra*, & apud *Orthob. dicta decis. 91. num. 16. 20. & 21.* Attamen observabam rectè conciliari posse cum eadem distinctione jam ponderata super alio motivo representationis, vel subingressionis filii in locum patris prædefuncti, Quod aut scilicet agitur de fideicommissio continente unum tantum gradum substitutionis, & non habente ulteriorem progressum perpetuum in universa agnatione vel descendencia, & tunc omninò verior videatur opinio, ut testator censetur se conformasse cum ordine intestatæ successione per legem præscripto ob majorem dilectionem à lege præsumptam in utrinque conjunctis, nisi alia diversæ præsumptiones istam satis vagam ac levem elidant; Aut e converso substitutio habet tractum successivum, ita ut non intret ratio dilectionis personalis, neque illa unicæ successione, & tunc omninò contrarium dicendum sit, cum in hujusmodi dispositionibus habentibus tractum successivum ac perpetuum, testatores respicientes ad remotissimum tempus, vel similitè non habeant animum limitatum ad solum primum gradum, neque ad hujusmodi distinctionem reflectant, sed cogitent ad universam agnationem, seu universum genus, quod ipsi contemplati sunt, & hic est casus, de quo agitur apud *Orthob. dicta decis. 91.* quæ videtur in materia magistralis quoniam licet ageretur de dispositione transversalis cum fratre, vel fratrum filiis, attamen præsupponitur agi de fideicommissio perpetuo & successivo deducto ex ratione contemplatæ agnationis, juxta ea quæ super dicto fideicommissio habentur firmata *decis. 44. & 47. par. 1. rec. ac de eodem habetur actum infra in Firmana fideicommissi de Fulchris disc. 133* principaliter super puncto, an prælegatum veniat sub fideicommissio universalis.

In proposito autem, quod in hujusmodi quæstionibus, magis facti & voluntatis quàm juris, certa & generalis regula dari non potest, sed ordo successione ab intestato attendatur tantum in casu merè ambiguo; In una *Veliterna*, cum Maria Quarallina peste in loco grassante hæredem scripsisset Margaritam filiam, eique morienti absque filiis substituisset sibi proximiores conjunctos explicatos cum communi Italico vocabulo parentum, nempe *li suoi piu prossimi mi parenti*, sequuta ex eodem morbo epidemiali an-

tea, vel paulò post etiam morte dictæ Margaritæ hæredis, orta est quæstio successione inter Antonellam dictæ testatricis germanam sororem, & Antonellam de Surrentinis ex altera sorore prædefunctæ potes, unde desuper pro veritate consultus, ad favorem dictæ Antonellæ respondendum censuit.

Licet enim juxta magis communem & recentior opinionem, quamvis pluribus contradicentibus carentem, ubi agitur de hujusmodi vocationibus per nomen collectivum, non autem appellativum attendatur ordo intestatæ successione, & consequenter inter fratres fratrumque filios interrepresentationibus habentur apud *Fusar. qu. 485. Capitulum contr. cap. 19. Robles de represent. l. 1. cap. 9. n. 1. & Attamen hæc est nuda præsumptio, ut advertitur per *Rot. am dec. 5. n. 21. par. 6. rec.* ideoque absque dubio satisfat ex contrariis præsumptionibus, ex deductis per *Fusar. dicta qu. 485. num. 58. Menoch. lib. 4. præsumptio num. 26. & conf. 215. num. 139. & Robles ubi supra. l. eod. lib. 1. c. 13. apud quos ceteri*, in specie negant hanc repræsentationem etiam in casibus, in quibus regulariter juxta ordinem intestatæ successione tractare deberet.*

Applicando autem ad rem, sufficientes præsumptiones vel conjecturæ concurrere videbantur, quoniam in facto supponebatur testatricem nimio amore prosequi dictam Antonellam sororem ejus præfatos, præfatos autem Surrentinos ex altera sorore potes esse potius in senos, vel satis parum benevolos.

Et fortius quicquid istæ duæ sorores, nempe testatrix & Antonella nuptæ fuerant duobus germanis fratribus de familia de Battistis, atque bona pro parte obveniebant à viro dictæ Margaritæ, unde dabantur attestaciones, quod pluries eadem testatrix dixisset justum esse, ut bona redirent ad eam familiam, à qua exierunt.

Atque stantibus his circumstantiis, considerabilem quoque dicebam aliam conjecturam, quæ sit & de per se levis ac parvi ponderis reputari solent deductis apud *Fusar. dicta quæst. 485. num. 33. & quod scilicet testator vocasset proximiores filios comparativo, ita ostendendo animum vocationis qui naturaliter ac per veritatem non autem per magis fictionem magis approximarent; Licet enim dictum est, ista sit levis conjectura sola & de per se considerabilis tamen videtur juncta cum aliis circumstantiis, ut singula quæ non profunt, &c.*

FULGINATEN. FIDEICOMMISSO DE RONCALLIS.

PRO

FLAMINIA & SORORIBUS
DE RONCALLIS.

CVM

HIERONYMO PATRUO.

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura
& resolutus pro Hieronymo.

De eadem materia concursus plurimum graduum inæqualium, ut remotiores ex beneficio repræsentationis vel subingressionis fiant proximioribus æquales; &c.

in specie, an ad defectam portionem unius ex fratribus mortui sine filiis, veniant filii fratris prædefuncti cum aliis fratribus superstitibus in vim reciproca inter primos hæredes ordinatæ.

SYMMARIUM.

- 1 **F**acti series,
- 2 **R**esolutio causæ.
- 3 **D**e filiis in conditione positus an censeantur vocati, & de retentione competente fideicommissario de bonis gravati remissive.
- 4 **I**n fideicommissaria successione attenditur ordo successionis ad intestato, & intrat representatio nepotum cum patre.
- 5 **L**imitatur ubi substitutio facta est de superstitibus appellativo nomine instituitur.
- 6 **D**e filiis in conditione positus, ut de iure non censeantur vocati, & ex statuto ad solam portionem patris.
- 7 **Q**uomodo solent attendi rationes & distinctiones advocatorum contra doctrinas speciales.
- 8 **D**eclaratur conclusio de qua num. 5. & quando sit locus representationi, vel subingressioni.
- 9 **D**e aliis rationibus idem comprobantibus.

DISC. XXI.

Rodolphus Roncallus instituit Julio Casare, Claudio, Francisco, Octaviano, & Hieronymo filiis, reciprocam inter eos ordinavit in portione morientis absque filiis, cum ulteriori substitutionum progressu ad favorem filiarum, & deinde proximitum de cippo, quatenus morerentur omnes absque filiis, adjecta stricta alienationis prohibitione, cum ratione conservationis bonorum in familia & cippo; Obiit autem primo loco sine filiis Julius Casar, cuius portio absque controversia auxit portiones aliorum quatuor superstitum pro communi vitium, deinde obiit Claudius, superstitibus Flaminia, Olimpia, & Anna filiabus, ac etiam Josepho mafculo illinc ad aliquod tempus defuncto; Tercio autem & quarto loco obierunt absque prole Franciscus & Octavianus, superstitibus ex primis hæredibus solo Hieronymo, inter quem ac præfatas nepotes ex fratre deventum est ad omnium paternorum bonorum æqualem divisionem, sed comperto per eundem Hieronymum talis divisionis errore, quodque portiones præfatorum Francisci & Octaviani essent sibi debite, iudicium immisionis instituit contra dictas sorores coram A. C. ad prædictorum portiones, ac obtinuit, dictumque iudicium canonicum fuit per Signaturam iustitiæ, rescribendo cum clausula sine præiudicio executionis, in vim Aegidiana, qua tollendo impedimentum juris canonici, restituit dispositionem juris civilis in l. unica Cod. si de momentanea possessione adimentem appellationem suspensivam in interdicitis possessoris, neque causa ulteriorem progressum habuit in devolutivo, stante quod per aliam tutiorem viam iurium competentium ex antiquiori fideicommissio Joannis Martini avi, dictæ sorores obtinere poterant, ut de facto habuerunt intentum, ut habetur infra in hac eadem causa disc. 73. ad materiam vocationis filiorum in conditione positorum, in quo articulo quæstio residebat, ubi etiam de retentione bonorum hæredis gravati competente fideicommissario pro reintegrati-

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

tionem honorum fideicommissi ab eodem gravato distractorum.

In his autem disputationibus habitis coram A. C. & in Signatura, quamvis plura hinc inde cum aliqua evagatione deducerentur, unicus tamen punctus, in quo strictè residebat difficultas, erat super intellectu textus in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. An scilicet ordinata reciproca inter institutos in portione defecta morientis absque filiis, inter necesse representatio, vel subingressio filiorum præmortui in concursu aliorum hæredum primi gradus superstitum; Et in hoc scribentes pro actore non negabant, quod juxta magis communem ac receptam, regulando fideicommissariam successionem juxta ordinem successionis intestatæ sit locus representationi, sive subingressioni filiorum in locum patris, ut ita nepotes patris æquales fiant ex relatis per Fusar. q. 487. num. 3. & 2. & admittitur pro regula per Rot. apud Seraph. decis. 1281. num. 1. & 1479. num. 2. cum aliis in Cesenaten. fideicommiss. 4. Aprilis 1650. toram Cæso inter suas decis. 88. & frequenter.

Attamen dicebant eandem regulam limitari, quando hæredibus nominatim institutis fiat inter eos substitutio ad favorem superstitum, quoniam tunc caduca substitutio illius ex primis hæredibus, qui defecit ante factum casum substitutionis, soli superstitibus dicitur substitui, non autem filii talis prædefuncti, qui fideicommissum purificandum conditione pendente juxta receptam regulam ad eos transmittere non potuit, ut cæteris relatis punctualiter firmatur apud Seraph. decis. 1281. quæ reputatur in materia magistralis, ac etiam apud eundem d. decis. 1479. & deinde in alii, præsertim in Romana de Mellinis coram Cerro decis. 241. par. 9. rec. num. 7. & seqq. Adeoque clarum visum fuit hoc fundamentum, quod licet ageretur inter plures venientes ex eodem titulo seu testamento, unde propterea juxta receptam doctrinam Bartoli & Zuccardi in l. fin. C. de edito diu. Hadr. quam in ista materia fideicommissaria, ac etiam in altera beneficiaria habemus quotidianam, ut unus dicatur alteri legitimus contraditor, & consequenter procedi deberet in iudicio ordinario, adhuc tamen admissum fuit iudicium summarium & executivum rejiciendo suspensivam appellationem, quod mihi dedit aliquam admirationem, cum saltem negari non posset articulum esse ita probabiliter dubium, quod sufficeret ad faciendum legitimum contradictorem.

Eoque magis scribentes pro actore dicebant recipiendas esse superius allegatas decisiones, dum illæ procedunt in terminis fortioribus, quod filii in conditione positi ex statuto 142. Urbis censentur vocati perinde ac si expresse & dispositive substituti essent, Et tamen dicitur quod id intelligitur in portione proprii parentis, non autem in illa patruorum post eorum patrem morientium, nisi contrariæ conjectura urgeant, ut advertitur in eisdem supra allegatis decisionibus, ac pluries infra in hac materia statuarie vocationis filiorum in conditione positorum; Multo magis in ista causa, in qua non militante tali statuarie dispositione, procedendum erat cum solis terminis juris communis, quibus attentis, juxta magis communem, ac hodie in foro ubique receptam opinionem, cessantibus conjecturis, regulariter filii in conditione positi non censentur vocati, ut infra in hac eadem Fulginaten. de Roncallis d. disc. 73. & in aliis pluries.

His tamen non obstantibus, reflectendo etiam ad solam veritatem, resolutio non placuit, unde priusquam audiretur iudicium Signaturæ, unde priusquam audiretur iudicium Signaturæ,

E 3 eram

de LUCA
de
lamentis
t cat
CVI
S

eram in sensu, quod prosequendo appellationem in Rota probabiliter contrarium sperari debuisset, postmodum verò me terruit dicta resolutio Signaturæ, quæ ita præsupposuit punctum esse omnino clarum, ideoque libenter deveni in sententiam acquiescendi iudicato, ac assumendi dictam aliam viam, quam eventus probavit magis tutam. Potissimè verò, quia licet infra scripta distinctio mihi videretur genuina & vera, nihilominus quia non habebamus decisiones ita clarè ad eam descendentes, & e converso obstabant in contrarium dictæ decisiones punctuales, ac aliæ auctoritates in eis recensitæ, difficile opus, juxta quotidianam experientiam est contrarium sustinere, dum hujusmodi distinctiones reputari solent ratiocinia Advocatorum ex eorum ingenii acumine provenientia, ut nimium frequenter sum expertus, præsertim verò hoc docet id quod habetur in *Foroliviens. sub tit. de emphyteus. disc. 3.*

Ratio dubitandi apud me erat, quod præfata conclusio, quod scilicet ad reciprocam inter primos heredes ordinatam ad favorem superstitum appellativis nominibus institutorum non veniant filii hæredis prædefuncti utpote non vocati nec nominati, vel nominati incidenter occasione ponendi eos in conditione, ideoque tanquam sub nomine collectivo non concurrentes cum vocatis per nomen appellativum, potissimè vero ubi de tempore dispositionis non erant nati, neque testatori cogniti, unde propterea non cadebat in eis ratio personalis affectionis & dilectionis cadens in filiis cognitis ac appellativo nomine vocatis.

Procedat, quoties ageretur de simplici & unica substitutione reciproca inter primos ordinata absque ulteriori substitutionum progressu inter eorum filios & descendentes, qualis est proprie casus textus in *d. l. heredes mei §. cum ita*; Idemque præsupponi videtur in allegatis decisionibus *Seraphini*, cum tunc rectè intrent rationes, quibus ista conclusio innititur, Secus autem ubi agitur de fideicommissio habente tractum successivum ac perpetuum in eorundem filii, nepotibus & descendentes, ac etiam cum ulteriori substitutionum progressu pro aliis generibus personarum ut supra, & assignata ratione conservacionis bonorum in familia & cippo, ex quibus clarum resultat fideicommissum perpetuum, & successivum; Tunc enim pro meo sensu credebam ad favorem filiorum prædefuncti intrare beneficium subingressionis filiorum in locum patris jure illius vulgaris quam anomalam dicimus juxta firmata in *Tusculana coram Cocchio decis. 198. par. 4. rec. tom. 2. reperit decis. 96. post Merlin. de legitima*, quoque ad amissim intrarent, ac applicarentur ea quæ habentur superius deducta in *Mutinen. fideicommissi de Rangonis disc. 17. & admissa in Reatina disc. 18. super distinctione plurium linearum ab initio constitutarum, ut ita æqualis earum conditio esse debeat, etiam in casu, quo desumendo proximitatem à persona gravati, potius quam gravantis, de jure non intraret representatio, ut congingebat in *d. Mutinen.* ob rationes & inconvenientia ibidem ponderata, quæ originarie deducebam in ista causa prius disputata quàm illa; Multo magis & absque dubio, ubi ut in præfenti sumus in casu concursus nepotum cum patris, in quo intrat representatio, cum tunc videatur casus longe facilius ac omnino planus.*

Ad quod etiam ponderabam ea quæ in proposito statuti Urbis infra hærentur de filiis in conditione positus regulariter vocatis ad solam por-

tionem patris, non autem ad illam patris, quæ ex conjecturis, vel ex ratione absurdi à dicta receditur, atque intrat vocatio etiam ad portiones patris; Necnon in idem ponderabam ea, quæ regulariter prohibita in materia transmissionis vel ratione absurdorum intrant, cum hærentibus, dum habente fideicommissio tractum successivum, subesse non videtur probabilis ratio, cum ex pluribus lineis inæqualis esse deberet, ac inferioris conditionis quàm essent aliæ, dum subesse habere debet tractum perpetuum & successivum cum aliis ponderationibus, de quibus in *d. Albanens. disc. 17.* atque istam credebam esse veritatem.

NEAPOLITANA DISTRIBUTIO

INTER

ILLOS DE VENATIS

Responsum pro veritate.

De eadem materia concursus plurium personarum ejusdem generis cum inæqualitate graduum vel diversitate linearum concurrentium ad eandem dispositionem, quatenus detur omnium concursus, quomodo hic esse debeat, an in capita vel stirpes.

S Y M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **Q**uod quæstiones representationis, vel substitutionis non intrent in casu.
- 3 **Q**uales sint termini controversiæ, & quod venientes antea venire in capita.
- 4 **I**ta succeditur in jure patronatus gentilitio.
- 5 **D**atur simile distributionum inter Canonicos, vel in fideiatis alicujus Collegii.
- 6 **C**apitulum alius impeditur totum residere partem Canonicis.
- 7 **O**bservantia est satis deserendum.
- 8 **D**antur casus similes.
- 9 **Q**uando successio etiam in his juribus sit in stirpes.

DISC. XXII.

DE anno 1552. Joannes Baptista & Ferdinando de Venatis assignarunt quædam bona vel annui redditus ducatorum 1000. circiter, sub lege ut fructus singulis annis reponi deberent in arotinenda in Alma Domo Sanctissimæ Annuntiationis Neapolis, ut quoties cumlati essent ducati erogarentur in subsidium dotale unius puellæ eorum descendentes, cum diversis conditionibus, quibus in promptu dictum subsidium congruenter non facientibus; Ubi verò non adessent quibus in promptu dictum subsidium congruenter tunc iidem redditus per Magistros seu Administratores dictæ Almæ Domus distribui deberent inter masculos eorum descendentes in stirpes, hoc est in dietas descendentes unius, & altera medietas descendentes alterius fundatoris, qui tamen casus non evenit, quoniam linea Ferdinandi defecta ipsò defecto sine prole; Ex Joanne Baptista vero in superites alter Joannes Baptista, qui solus in casu deficientiæ feminarum de dicta distributione partem